Մի անձն. Մի Eſt nomen cardinale; անձն eſt nomen ſubſtantivum tertiæ declinationis regularium cum accentu gravi in fine. Unus aſpectus. una Perſona.

Մի դէմ. Eſt nomen ſubſtantivum diverſas repræ=ſentans ſignificationes pro exigentia dictionis, ut aſpe=ctus, vultus, Perſona, item jra. Prout verò ſumitur in hac conſeſſione Fidei aſpectum ſignificat. Sic una Perſona, unus aſpectus eſt Sententia, ſive articuli Neſtorio, ejusque nefariis aſſeclis ſpecialiter oppoſiti, Sicut teſtatur Nierſes in Epiſtola reſponſoria ad Alexium ſcribens: Non juxta Neſtori=um in duas naturas et in duas Perſonas dividimus unum Chriſtum. Audiamus quid doceat Clajenſis ex Gregorio Nazianzeno: Non eſt alius atque alius, ſed Unus arctiſſima Conjunctione illa: et mox ex eodem Nazianzeno utterius pergit dicens: ſi duplex eſt Chriſtus videlicet patet, quod naturâ, et non Perſonalitate.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 1513, p. p.%2059 – <i>Confessio fidei Armenicæ ecclesiæ</i> in Armenian and Latin (http://www.e-codices.ch/en/csg/1513/p.%2059)